



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita P. Camilli De Lellis Fvndatoris Religionis Clericorum Regvlarivm Infirmis Ministrantivm**

**Cicatelli, Sanzio**

**Antverpiæ**

Admodvm R[everen]do Patri Ac Domino D. Antonio De VVinghe Abbati  
Monasterii S. Lamberti Lætiensis Ordinis S. Benedicti Longe Dignissimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37267**

ADMODVM R<sup>DO</sup> PATRI  
AC DOMINO  
D. ANTONIO  
DE WINGHE  
ABBATI  
MONASTERII S. LAMBERTI  
LÆTIENSIS  
ORDINIS S. BENEDICTI  
LONGE DIGNISSIMO.



VM ad te missa es-  
set, admodum Re-  
uerende PRAESVL,  
Vita Patris CA-  
MILLI DE LELLIS,  
Fundatoris Clericorum infirmis  
ministrantium, Italicè scripta,  
eamque auide (vt talium aman-  
tissi-

\* 2

tissi-

tissimus) perlegisses; adeò tibi ar-  
risit, vt eam quamprimum aliis  
quoque linguis, ac præsertim La-  
tinâ ( quò eius lectionis fructus  
emanaret latiùs ) exstare velles.  
Quin tu ipse fortassis ( si aliæ oc-  
cupationes tuæ huic vni locum  
reliquissent ) manum à scribendo  
non abstinuisses: sed hac tibi præ-  
reptâ à grauioribus negotiis fa-  
cultate, mihi demum ( quem tali  
in genere aliquando versatum in-  
telligebas ) ad hoc Latinæ versio-  
nis opus annuisti; ac postmodum  
etiam litteris hortatus es: fuitque  
mihi dignitatis tuæ nutus pro vo-  
luntate, & hortatus pro imperio.  
Quis enim ardori charitatis tuæ,  
quâ illustrare Sanctos, quâ prodes-  
se publico studes, queat resistere?

Nam

Nam ego quidem certè tot tuis  
deuinctus beneficiis ne moram  
quidem vllam interponere susti-  
nui, quin statim opus istud, quod  
tibi tam gratum esse scirem, tuis  
auspiciis aggrederer. Ita Vitæ il-  
lius sanè pulchræ, & multis egre-  
giarum virtutum exemplis in-  
structæ, Latinam versionem, licet  
ipse alterius Religionis atque In-  
stituti, sed eiusdem tamen FIDEI  
atque PIETATIS germanitate  
coniunctus, haud grauatè susce-  
pi: non quòd inter ipsos beatissi-  
mi CAMILLI filios deesse arbitra-  
rer, qui multò meliùs quàm ego  
id præstare possent; sed quòd tibi,  
admodum Reu. PRAESVL, hoc  
à me singulariter exposcenti, &  
hunc stilum (quamuis exilem at-

\* 3

que

que submissum) non modò ap-  
probanti, sed etiam expetenti, om-  
nia quæ contrà afferre possem,  
submittenda iudicarem. Quocir-  
cà si fortè mihi vel audacia in  
fufcipiendo, vel in perficiendo  
culpa imputetur, tam erit aucto-  
ritatis tuæ illam excufare, quàm  
hanc procul amoliri, æquitatis.  
Verùm, vt ego quidem arbitror,  
hoc vtrique noftrùm abundè pa-  
trocinabitur, quòd nihil hîc aliud,  
nec à te cogitatum, nec à me fuf-  
ceptum eft, quàm vnus Vitæ,  
cuiusque perutilis, nec omnibus no-  
tæ, primò ad DEI OPT. MAX.  
gloriam, & EIVS ADMIRABILIS  
SERVI honorem, deinde ad quàm  
plurimorum vtilitatem, extra Ita-  
liæ fines procurata propagatio.  
Ita

Ita vota secundet Deus, & eiusdem Vitæ lectores præclarâ contentarum in eâ virtutum æmulatione succendat.

R. D. V.

*Additissimus*

Petrus Halloix S. I.

\* 4

FRAN-